UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Amici dei tripliciter dicu[n]tur e[ss]e in eo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Amici Dei tripliciter dicuntur eſſe in eo.

Sap. 3. IN manu. Dicitur de iuſtis in Sa-
pientia. Iuſtorum animæ in ma-
Pſa. 36 nu Dei ſunt. Et Apud Dauidem
legimus. Cum cæciderit iuſtus non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam &c. In ſinu. Auguſtinus dicit. Quid times hominem, homo in ſinu Dei poſitus? In
Philip. uiſceribus. Vnde Apoſtolus dicebat. Teſtis eſt enim mihi Deus, quomodo cupiã uos in uiſceribus Ieſu Chriſti. Quanta ergo ſecuritas amicorum Dei? Quid enim poteſt nocere eis, qui in uiſceribus Chriſti ſunt? Illi qui habent Chriſtum in ſuis uiſceribus, meritò ſunt in uiſceribus Chriſti. Vnde Chriſtus dice-
Ioã. 16. bat. Manete in me, & ego in uobis. Et quid etiam timere debet Chriſtianus ſi in manu Dei eſt? Quis po-
Ioã. 10. teſt rapere nos de manu Dei? Nemo, dicebat Seruator noſter, rapiet eas de manu mea. Ideo Paulus con-
Ro. 8. cludebat. Neque mors, neque uita &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN